omnium perpetuum imponendo silentium (Salva Nihilominus sibi Recognoscenti prosequutione et Continuatione Suprascripti Processus Causae et Omnium Commissorum cum Reliquis Citatis in eodem Processu Causae eiusdem specificatis plene in robore reservanda.

Actum in Castro Præmysliensi Feria Sexta ante Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

31/I 1659

Dembołęcki, Gąsowski atque Thomikowski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus personaliter Comparentes Generosi Martinus Dembołęcki ab Una, et Joannes Gąsowski atque Franciscus Thomikowski olim Generosi Joannis Thomikowski de Thomiki cum Generosa Anna Smarowska procreatus Filius ab altera parte sanimentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo Praesenti uero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmysliensi quoad Actum praesentem attinet se cum suis successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam libere publice ac pere expressum recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recognouerunt Quia ipsi et quidem Generosus Joannes Gąsowski suo et praefatae Generosae Annae Smarowska olim eiusdem Generosi Joannis Thomikowski primi Matrimonij relictae secundi uero thori ad praesens Consorti suae legitimae pro cuius rathi habitione Cavet ac se praesentibus inscribit nomine se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis peccuniariis habitis et habendis inscribunt sibi mutuo et vicissim Vna Pars alteri ac posteris utriusque partis obligant Intercisam

certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de Actu et data illiq in Villa Czyszki die Tricesima Mensis January Anno Currenti confectam manibusq suis Recognoscentium Videlicet Gnosi Gnosq Joannes Gawowski suo et praefatae Gnosae Annae Smarowska Consortis suae Nomine propriis et Caeterorum Amicorum in eadem Intercisa Contentorum subscriptam In omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus Punctis Clausulis Articulis Vadiis Ligamentis ac nexibus gentis Unsis firmiter tenere complere, exequi ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis eiusdem Intercisae Contentis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praefatam Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo, Idq sub Vadio Mille Quingentorum florenorum polonicalium pro parte m parti cum successoribus utriusq Partis ob non Complementum Commissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Solvendum succumbendo. Praeterea memoratus Gnosq Gawowski Unus Recognoscentium debebit et tenebitur prout se ac suos successores bonaq sua bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusuis peccuniariis habitis et habendis Supraattis Gnosis Demboleczki et Thomikowski vel eius posteris # memoratam Consortem suam cum assistentia sua ad approbandam per ipsam inscriptionem praesentem Roboratoriam vel similem aliam suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eaq vel eius successoribus ut Commissa exequantur efficere eoq sub simili et seorsivo Vadio Mille Quingentorum florenorum polon pro eundem Gnosum Gawowski vel eius successores memoratis Gnosis Deboleczki, et Francisco Thomikowski vel eorum posteris ob non statutionem eius Consortis suae vel illiq successorum pro tempore et loco supius expressis ad exequenda Commissa ad Solvendum succumbendo. Pro quoquidem Vadio vel Vadiis modo praemisso ad Solvendum succubitt ac ex aliqua Puncti ex Commissis non Complenda Completa Citata Pars Memorata Una Commissa tam in toto quam in parte non tenens vel eius succesores ad instantiam partis alterius Commissa tenentis vel eius successorum ad Officium praesens Castrense Przemysliense ex tunc Recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante

vel in eventu mortis successores ipsius

nisi ne ... et Solvat poenam ...

spectat mediante semper in primis Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere Vadium vel Vadia Contracta luere Infrascripti Praesenti satisfacere, ac omne Judicatum pari debebit ac tenebitur, Vegue suos successores ad eadem omnia inscribit et Obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causas eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitiis Militari, ad munimenta ad Victorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Praemysliensis Terminos semper peremptorios, dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Apellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicandis evasionibus, suspensionibus fatalibus Juris Compositione Terrestri bello Convenitioneque ac aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho in Vigilia Festi Purificationis Beatissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono. 1/II 1659

Roguski Jaszewskiego Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Stanislaus Roguski Regens Cancellariae Castri praesentis Praemysliensis sanus mente et Corpore existens a Terrestri Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo Praesentique Juris dictioni Castrensi Capitaneali Praemysliensi quo ad actum praesentem attinet secum suis successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Usebium Jaszewski, ve [illegible]